



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 112. Quomodo peccet, qui vovet illicita, vel indifferentia, vel ob malum finem; aut qui talia vota exequitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**



spectet tantum materiam promissario utilem & in se honestam, è contrà Votum spectat materiam meliorem & Deo gratiorem, Deo autem, per loquendo, gratius est Præceptum servari, quam ab eo per dispensationem eximi.

- 421 §. 17. Probabile est, quòd votum factum in gratiarum actionem pro re mala, v.g. pro obrecta injusta victoria, vel filio ex fornicatione, sit validum, quia non agis gratias pro victoria ex ea parte, quâ est injusta vel à te processit, sed quatenus processit à Deo, qui meritò potuisset impedire, ita *Suar. L. 2. c. 5. n. 19. Castrop. P. 8. §. 3. n. 4* contra *Sanch. Lesf. & Lay*. Similiter secundum *Gal. n. 67*. valet votum, si dicas, *voveo me fore Religiosum, si in duello proximo occidero potius Adversarium, quam ille me.*

Materiam absolutè levem non substanti gravi obligationi, dicam *Lib. 5. num. 233.*

- 422 Q. 112. Quomodo peccet, qui vovet illicita, vel indifferentia, vel ob malum finem; aut qui talia vovet exequitur. R. §. I. Si solus finis voventis sit venialiter malus, præter peccatum, quod est desiderium illius finis mali, etiam committitur veniale contra Religionem, quia irreligiosum est ad Deum offensam abuti voto, quod per se ad cultum Dei ordinatur: est autem veniale tantum, quia solummodo est defectus in modo vovendi ex fine extrinseco, qui non redundat in materiam voti nec obligationem minuit, adeoque culpa venialem excedere non potest.

- 423 §. 2. Si res promissa sit mortaliter turpis, vovetur promittatur propter finem mortaliter turpem, esto exterius tantum finem animo promittendi vel explendi fiat, præter malitiam pravi desiderii est mortale contra Religionem, quia promittitur offer



offert rem illam Deo, vel ergo ut gratam, & est gravis blasphemia ac illusio Dei, cum sciat esse ipsi ingratissimam; vel offert ut ingratam, & sic æquivalenter minatur Deo, aut vult affligere; hæc autem omnia sunt gravia.

§. 3. Si res promissa vel finis sit tantum venialiter turpis, aliqui putant esse tantum peccatum veniale ob levitatem materiæ, alii dicunt adhuc esse mortale, ob rationem jam datam; quia tamen verbum (*voveo*) in re vel fine turpi passim non significat votum, sed ordinariè Juramentum, uti cum quis dicit, *voveo me vindicaturum*, intelligit, *juro*, tunc si materia sit levis, secundum dicta n. 265. peccatum erit leve.

§. 4. Votum rei indifferentis vel ob finem indifferentem est tantum veniale, quia nec actus Deo est contumeliosus, nec materia positivè ingrata; putat quidem *Beja P. I. Caf. 66.* hoc esse peccatum blasphemix, adeoque grave, eò quòd æquivalenter dicat Deum delectari rebus vanis & inutilibus, sed *contra est*, quòd non sit illa mens voventis, sed tantum imprudentia circa electionem materiæ.

§. 5. Executio votorum supradictorum eandem malitiam continet, quam emissio, quia executio ex obligatione voti, est facti voti approbatio.

## DUBIUM IV.

### *Quæ & quanta sit obligatio voti.*

**R**esp. Tanta est, quantam tum quantitas materiæ permittit, tum intentio voventis, quâ se vel multum, vel parum, vel absolutè, vel cum certa conditione, restrictione temporis,

R 3

quali-